Olszewski Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Mathias olim Alberti Olszewski de Radziszewo haeres, sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Stanislaus olim Mathiae Olszewski ex obligatione in bonis Radziszewo Króle sitis sibi per eum Coram Actis hisce Feria secunda post Dominicam Rogationum Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo proxime transacto inscripta Octo Sexagenas Polonicas persolvit. Ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis ex nunc condescendit.

Zdrodowski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Felix olim Stanislai Zdrodowski de Zdrody antiqua haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Stanislai Zdrodowski de ibidem haeredi et ipsius Successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Zdrody antiqua sitis na Wyzjonie duos sulcos a meta Mszkowska zastowna ad granitiem Zdrody Olszewo tenden. inter metas Alberti Rosko et Mathiae Zaiąc iacen. Item na Wystąpie duos sulcos a meta zastowna Mszkowska prout se extenduntur cum aliis inter metas ut supra iacen. Cum agris, pratis et Omnibus ac singulis utilitatibus, fructibus, proventibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum Successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros ordine eviccionum ab Omni impedimentis iuridico quarumvis personarum quarumquarum et cuiuscunque status per Omnes terminos Tres toties quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere liberos per se et per submissas personas non minuere sub damnis Tribunalibus taxas et edicendis. Et Coram officiis praesentibus in primo Citationis Termino parem. propria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensionibus Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ibi abrenunciando.

Olszewski Radziszewo Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Mathiae Olszewski de Radziszewo Króle haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Alberti Olszewski de ibidem haeredi et ipsius Successoribus Bonorum in haereditate Radziszewo Króle sitis in primo campo zagumny Tres sulcos a Via Zagumna ad granitiem Malecka tenden. inter metas Ziemakowska et Annae Zerowna iacen. In alio campo z Lupem Tres sulcos a Struga ad granitiem Malecka tenden. in Medio Manso Zerowski za Wądołem Wyszkowskiem inter metas Gregorii Olszewski et Laurentii fratris sui iacen. In tertio campo Tres sulcos ab eadem Struga ad granitiem Bobinowska tenden. inter metas Stanislai et Laurentii fratris sui iacen. Cum agris pratis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis in Septem Sexagenis Polonicis od roku do roku ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit.

Submittendo etc.

submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento vindicio quarumvis personarum propinquarum et aemularum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Solvereque per se et per submissas personas non minuiare sub vadiis simili aliarum Viginti Sexagenarum Gr. Polon. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando. Sub amissione sua servorum successorum totius integrae causae. Praemissi tibi a ... sui.

Eiusdem Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Mathiae Olszewskij de Radziszewo Sikole natus, Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Alberti Olszewskij de ibidem haeredi et eius successoribus Totam et integram sortem suam Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Radziszewo Sikole sitorum per olim Nobilem Mathiam Olszewskij parentem suum a Nobilibus Petro et Anna filio et filia olim Stanislai Grzywoch Radziszewskij ex olim Nobili Barbara Gołębiowska genitis tum et a Nobili Martino olim Danielis Gołębiowskij iure perpetuo donationis acquisitam et super se ac-consentem inter alium praemissam spectantem et concernentem Cum agris pratis campis Sylvis rubetis gajis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentijs et pertinentijs Nullis exceptis in Undecim Sexagenis Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiales acceptandam dat et admittit submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento vindicio quarumvis personarum propinquarum et aemularum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Solvereque per se et per submissas personas non minuiare sub vadiis simili aliarum Undecim Sexagenarum Polon. Et Coram officio Castren. Branscen. in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando.

Kosk Piętki Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Jacobus olim Laurentij Joannes olim Viti Joannes filij et Nobilis Jacobi Mathias Natu Senior et Gregorius annorum Quindecim filij olim Josephi Piętka ipse autem Gregorius cum fratre suo astante Nec non Elisabeth filia olim Stephani Piętka consors Nobilis Stanislai Zera cum eiusdem Mariti sui personali astantia et consensu praesentaneo Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Joannis Kosk de Piętki Żebry haeredi et eius successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Piętki Basie sitorum in Manso Communi Sulcum Unum hyemale a granicie Kępietowska ad granicem ... Butarie tenden. per quatuor campos extenden. inter rectas eiusdem Joannis ex altera parte iacen. In alio campo hyemale

Quindecim